Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



48

siue dicta refert · in adiutoriũ atq; exemplũ suae
praedicationis spiritaliter intellecta adsumunt.
quia passionẽ dominicã p quam mundus sexta
sabbati redemptus est · palam suis auditoribus cre
dendam confitendamq; pronuntiant. ac p huiusmodi
solum modo sacramentũ eos saluari posse contes
tantur. Unde recte praecipitur sextum sagum
in fronte tecti duplicari. propter confessionem
uidelicet & imitationẽ eiusdẽ dominicae passionis.
Neq; enim sufficit credentes solũ in confessione
mortis dni ac resurrectionis baptizari & conse
crari · si non & hic baptizatur quisq; studuerit
in quantum ualet similitudini mortis dni. conti
nentiae uiuendo ac patiendo pro illo assimilari.
ut & resurrectionis eius particeps existere merea
tur. Si quidem uiuentis litteram frontem tecti
ingressum tabernaculi dicit. ubi non tabulae
ut supra breuiter diximus. sed columnae & uectes
ab angulo tabularum usq; ad angulum pertin
gere praecepti est. Ideoq; quantum ad formam
operis ipsius pertinet. ibi magis opus erat gemi
nato sagorum munimento. ubi solida parietis
firmitas aberat, At uero mysticae in fronte
tecti sextũ sagũ duplicatur. cũ omnes qui scam